UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

R. P. Ioan. Crombecii Societatis Iesv Presbyteri De Stvdio Perfectionis Libri Dvo

Crombecius, Johannes

Mogvntiæ, 1614

V. Proponuntur duo alii fructus quos diuina præsentiæ memoria producit: timor & humilitas.

urn:nbn:de:hbz:466:1-51132

Visual Library

manet obnoxia. Qui lætari vult, à peccato,
mundo, á deliciis carnis recedat: *extrema enim*
Prou. 14. talis *gaudii luctus occupat.* Vos autem *exultate iu-*
Pſal. 32. *in Domino, rectos decet collaudatio. Lætatus eſt popu-*
1. Paral. 29. *lus* (vt in libro 1. Paralipomenon legitur) *cum vo-*
ta ſponte promitterent, quia corde toto offerebant
Domino: ſed & Dauid Rex lætatus eſt gaudio magno,
& benedixit Domino coram vniuerſa multitudine.
Pſal. 76. Quare cum eodem Rege ſancto læti dicamus:
Renuit conſolari anima mea: memor fui Dei, & dele-
Pſal 15. *ctatus ſum, & exercitatus ſum, & defecit ſpiritus meus.*
& *Prouidebam Dominum in conſpectu meo ſemper,*
quoniam à dextris eſt mihi, ne commouear. Pro-
hoc lætatum eſt cor meum, & exultauit lingua mea,
Pſal. 99. *ſuper & caro mea requieſcet in ſpe* denique: *Intro-*
in conſpectu eius in exultatione.

Cap. V.

Proponuntur duo alii fructus quos diuinæ præſentiæ memoria producit: timor & humilitas.

28. Qvartus fructus, qui ex præſtantiſſi-
ma hac arbore colligitur, eſt timor
Quartus fructus, timor Domini. Domini: non is tantum, qui principium eſt
ſapientiæ: ſed & ille, qui à filio patri redditur, &
Eccle. 1. à ſponſa marito: quinque à Sapiente *gloria,*
Gradus timoris Domini. *gloriatio, & lætitia, & corona exultationis appel-*
latur. Et ſane, qui incipiunt cum Deo familia-
riter verſari, primum omnium timorem re-

lummatris vbere lac ſitientes hauriunt. Hinc
pma reconciliationis fundamenta iaciuntur.
mor enim ille *expellit peccatum : nam qui ſine* 1.
more eſt, non poterit iuſtificari. Dicitur enim: 2.
Initium ſapientiæ timor Domini. & *In timore Do-* Eccle 1.
mini declinatur à malo. Pergitur vlterius : in- Ibidem.
Prou. 16.
net enim ad Deum accedere per opera bo- 3.
a. Qui timet Deum, faciet bona. Opponet quo- Eccle. 15.
ſe ſe tentationibus : *qui enim timet Domi-* 4.
m, nihil trepidabit, & non pauebit, quoniam ipſe Eccle. 34.
pes eius, denique, *qui timetis Dominum, diligi-* Eccle. 2.
illum : & illuminabuntur corda veſtra. Hic ti- 5.
or radix ſapientiæ eſt : erumpit enim ex eo a- Eccle. 1.
or Dei, & timor filialis, qui *plenitudo ſapientiæ*
& vterque ex Dei aſſiduo conſpectu oritur.
Regina Saba venit à finibus terræ audire ſa-
ntiam Salomonis detulitque ſecum præ- Regina Saba. 3. Reg.
tia munera: quem cum vidiſſet & audiſſet 10.
n habuit vltra ſpiritum, & in has voces eru-
: Verus eſt ſermo quem audiui in terra mea ſuper
monibus tuis, & ſuper ſapientia tua : & non crede- Ex conſpectu Dei naſci timorē.
m narrantibus mihi, donec ipſa veni, & vidi oculis
eis, & probaui quod media pars mihi nuntiata non
erit. Beati viri tui, & beati ſerui tui, qui ſtant co-
m te ſemper, & audiunt ſapientiam tuam. Ov-
am omnes homines hanc ſapientem mulie-
m imitarentur, venirent Ieruſalem, intrarent
mos ſuos, alteram Ieruſalem, pacisque viſio- Pſal. 84.
m, vbi *Deus pacem loquitur in plebem ſuam!* Va-
ſunt omnia quæ lucente ſole videmus, quæ Pſal. 86.
mus : *glorioſa dicta ſunt de te, ciuitas Dei;* Matth. 12.
homines credere nolunt. *Ecce plus quam* Luc. 11.
Salo-

Salomon hîc. Ipſum adeant, muneraq; deferan
alia vero feras opus non eſt, niſi cor tuum: da il-
lud, & ad conſpectum tanti Salomonis admi
ris. Quod ſi tibi hoc contingat, miraberis ſtul
tiam tuam: tanto nempe tempore tantam gl
riam neglexiſſe: perdes omnino ſpiritum p
admiratione eorum quæ in tali Dei obſequ
videntur & audiuntur. O beati ſerui illi, Dom
ne, qui ſtant perpetuo coram te, & vident ſapi
Luc. 10. tiam tuam! Multi Reges voluerunt videre & a
Matth. 11. dire: non viderunt, & non audierunt: *Deus en*
abſcondit hæc à ſapientibus & prudentibus, & re
ea paruulis, ſeque timentibus. & merito:
cor noſtrum natura ſua vanitati obnoxiū e
cileque diuitias ſuas exponit: nec deſunt fu
qui domum ingrediantur, & theſaurum
piant: quare ianitore opus eſt, qui & n
Timor ianitori comparatur. nihil ſeuerior ſit, & neminem admittat:
mini quoque ianuam aperiat ſine domini
preſſo mandato. Eius cura eſt, feneſtras
poris claudere: nihil eorum, quæ intus agu
iniuſſu domini manifeſtare: curioſitatem
terminare: verboſitatem cohibere: ab ingr
latrones, vanam gloriam & deſidiam, arcere
2. Reg. 4. ctuoſus namque caſus fuit Isboſeth, filij Sa
qui cum in meridie dormiret ſuper ſtratum
& ancilla oſtiaria, purgando tritico deputata
dormiſſet: duo latronum principes, Re
& Baana, ingreſſi ſunt domum latenter & p
cuſſerunt eum in inguine, & fugerunt.
boſeth, Rex Iſrael, virtutis amatorem
ſignat, Deo ſeruientem, iamque paſſionum

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

rū impotentiæ vtcumque imperantem, plus
ano tamen in ſuo feruore, quaſi in meridie,
confidentem. Etſi namque confidere in Domi-
no, atque in eo quieſcere debeamus : non ſine
ancilla tamen vigile, nempe Dei timore : cuius
etiam purgare intentiones noſtras, & paleas
à bono grano ſeparare : cogitationes bonas ad-
mittere, pellere noxias. quæ oſtiaria ſi dor- *Vana glo-*
mierit: en duo latrones, vana gloria ac deſidia, *ria ac deſi-*
quemadmodum furtiue ſolent ingredi: & quam- *dia facile*
uis blandæ primâ facie appareant, quidquid a- *ſe inſinuāt*
gant, petunt iugulum. Deſidia auocat à Dei præ- *abſente ti-*
ſentis conſpectu, vana gloria penitius inuadens *more Dei.*
ratur omnia. At caue: qui tibi hæc dona lar-
gitus eſt, gloriam in alterum transferri prohi-
bet. *Gloriam meam*, inquit, *alteri non dabo.* Nec
modo hæ peſtes Dei dona ſurripiunt, ſed & cer-
tem petunt, ſenſim vitam adimunt Quid
enim refert, ſiue ingentem trabem ſecem ſe-
rri, ſiue vermis depaſcens illam rodendo com
minuat? *Time ſagittam* ait Bernardus: *leuiter volat* *Serm. 6. in*
leuiter penetrat: ſed dico tibi, non leue infligit vulnus, *Pſal. Qui*
cito interficit. Nimirum ſagitta hæc vana gloria eſt. *habitat.*
Hæc Bernardus.
. Merito ergo timet, qui tantum habet præ- *Timoris v-*
ſentem Dn̄m: quia potens eſt, & multa ei ad ma- *tilitates.*
num punitio eſt: etſi non eſſent alia, quam quod
concessa bona ab ingratis & furibus retrahat,
quod faciem ſuam abſcondat, quod ſolatia ſua
ſubducat, quod ſine timore nemo poſſit perſe-
uerare. Sicut enim ciuitas ſine cuſtodia, ho- *Simile.*
ſtium cupiditati patet : & , quantumcum-
que

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

que altos muros habeat, ſine tamen defenſion
aut viglantia ſuas vires amittit: ſic & animus ho
minis virtutum præſidio munitus, ac theſauri
refertus cœleſtium donorum, facile occupab
tur, ſi timore Domini cuſtode careat. *Secret*
Iſaia 24. *meum mihi, ſecretum meum mihi. Multi pacifi*
Eccle 6. *tibi & conſiliarius ſit tibi vnus de mille.*
Matth. 5. *Sic luceat lux veſtra* ait Chriſtus, *coram homi*
bus, vt videant opera veſtra bona, & glorificent P
trem veſtrum, qui in cœlis eſt. Videant quide
homines, ſine tamen operantium oſtentatio
ac iactantia. Inter opera præcipua, qui
Deus in hominibus laudatur, modeſtia eſt
mor Domini, & ceteri fructus qui ex præſ
Dei conſpectu prodeunt. Offenduntur ho
nes noſtra gloriæ cupiditate, nullo noſtro
ctu, imo iacturam maximam internorum b
Simile. rum interea facimus. Nemo pecuniæ locu
appendit crumenam, etſi holoſericam, c
ſuo, cum ſeſe dat in iter, vbi præſertim latro
multi ſunt: alioquin cenſetur & crumena
pecuniam prodigere, & periculo euidenti e
Hom. 15. nere. quod Diuus Gregorius eleganter
Notanda preſſit. *Deprædari*, ait, *deſiderat, qui theſaurum p*
quædam do *ce portat in via.* Qui ergo hoc exercitio ſe cupi
cumenta polire, ac proficere, ſic exterius ſe gerat, vt
modeſtiæ. mo facile aduertat quid animo verſet: vbi cu
culo concluſus vel tenebris tectus eſt, fac
quod velit: ſuſpiria tamen non trahat, non im
diat aliorum orationes aut quietem: & ſi q
deprauati in ſe motus exurgentes comprim
di ſint, ſic agat, vt ſigna externa non edat, quib

..ſendantur, aut infirmi temere iudicandi ..ſionem accipiant: ſicque arcanorum om.. ſolus Deus teſtis habeatur. In conuer..ſone communi etſi aliorum defectibus ſe ..formare ac inquinare non debeat, Stoicos ..en mores fugiat, & præter modeſtiam ſin..rem nihil exterius effingatur, quod o..ibus ædificationi eſſe non poſſit.

.. Quintus fructus eſt humilitas, germana *Quintus* ..oris: quis enim quidquam ſibi audeat arro- *fructus, hu*..,quis ſibi aliquid adſcribere, quis honores *militas.* ..ire, qui præſentem habeat tantam Maieſta- *Apoc. 4.* ..m? Si enim viginti-quatuor ſeniores viſo A- *Apoc. 5.* ..ocadunt in faciem ſuam, *habentes* in manibus *..las aureas, plenas odoramentorum, quæ ſunt ora..s ſanctorum*: quanto magis mortales, qui ..alute ſua adhuc titubant, incerti *vtrum amore* *Eccle. 9.* *..dio digni ſint*! Conſiderantes namque Dei ..oriam immenſam, non modo in faciem ca..re, ſed vſque ad inferos ſe demittere, æ..iſſimum videretur. Seraphim alis ſenis ſic *Iſaia. 6.* ..ntur coram immenſa illa Maieſtate, vt dua..s volent, duabus Dei pedes tegantur, dua..s velent faciem eius. Et quidem volare ne..ſario nobis incumbit, ſi in cœlum cupia..s pertingere: ideo enim alæ orationis & ..templationis datæ ſunt. Et ſane multis ..igemus, quæ, niſi petendo, non obti..imus: nec petere debite poterimus, ni.. ad cœlum volemus. At quis coram illa ..ieſtate comparere audeat? Tegi debent & ..es timore ac amore, ſed humilitate ac

mo-

Exod.34. modeſtia facies velanda eſt. Quid? *nonne Deo ſub-*
2.Cor.3. *iecta erit anima noſtra?* & ſi in faciem Moyſi ne-
mo poſſet oculos intendere, propter glori-
vultus eius, ideoque velo obduci debuit: quan-
to magis modeſtiæ velum inter nos Dei-que fa-
ciem debet intercedere.

Allegoria Rebeccæ. Cum Rebecca abduceretur à domo pa-
Gen.24. ſui Nachor, vt Iſaac ſociaretur coniugio: ipſ-
Palæſtinam veniens reperit virum quen-
occurrentem ſibi in via quæ ducit ad puteu-
cuius nomen eſt Viuentis & videntis. Ipſe
Iſaac, qui illuc meditandi gratia venerat. q-
proſpiciens Rebecca, à ſeruo ſciſcitata qui-
eſſet ille vir, reſpondit ſeruus: *Ipſe eſt do-*
meus Iſaac. Quare *Rebecca, conſpecto Iſaac, de-*
de camelo, tollenſque cito pallium operuit ſe. Iſa-
ro *introduxit eam in tabernaculum Sara matri-*
& accepit eam vxorem: & in tantum dilexit e-
dolorem, qui ex morte matris eius acciderat, tem-
ret. Rebecca animam Dei amantem ac vi-
ſtudioſam ſignificat, quam Deus, verus Iſa-
ſponſam adſciſcit. quæ antequam in ſponſi-
ſentiam veniat, ſæculi moribus imbuta, &
uerecundiæ aſſueta, parum curat qualis in c-
ſpectu Dei appareat, modo hominum pla-
oculis: at vbi præſentem eum videt, cui pe-
tuo amoris vinculo copulari deſiderat, tam-
ſtupendam in eo Maieſtatem aduertit, è ca-
lo ac ſuperbiæ ſede deſcendit, gradus, dig-
tes, opinionem hominum abdicat à ſe, aut c-
te parui facit, & quaſi vna de turba pedibus a-
bulat, corporis nuda, parum decora, con-

velo humilitatis, & pallio modeſtiæ animum mentemque operit.

Modus hic eſt demerendi ſibi verum Iſaac, vt nos in tabernaculum ſuum introducat, & in chariſſimam ſponſam, quam deinde ſummo amore complectatur, accipiat.

CAP. VI.

Reliqui duo fructus qui ex præſentiæ diuinæ conſpectu colliguntur: nempe compoſitio morum, totiuſque hominis externi: item vltimus, anonymus.

SExtus fructus eſt morum totiuſque hominis externi compoſitio. Quis enim audeat præſente Rege nugari, cachinnari, inſanire, alium percutere, Regi aut eius filio detrahere, calumniari, domeſtico illius iniuriam facere? Quod de ieiunio D. Baſilius ſcribit, hic Dei præſentiæ adſcribere non eſt alienum. Sicut enim (ait) diſcipuli in claſſe, abſente magiſtro nimium inſoleſcunt, verbis & verberibus ſæpe contendunt, vociferantur, currunt, omniaque euertunt: ſuperueniente vero magiſtro, momento quieſcunt omnia, vixque vnus mutire audet: ſic & homines bacchantes ante Quadrageſimam: cuius ieiunio comparente, die nempe Cinerum, ſedatiſſima ſunt omnia, bacchantium voces nullæ audiuntur, ſed potius pœni-

Sextus fructus, compoſitio morum, totiuſque hominis externi.

Orat. 2 de ieiunio, circa mediũ.

Simile.

Magiſtri præſentia coercet diſcipulos.